



5f

D. O. M. A.
DISPUTATIO VI.
Centuriæ Quintæ
QUÆSTIONUM
ILLUSTRIORUM
Philosophicarum,
In Inclitâ VVittebergensi Academiâ
Publicè
Proposita
PRÆSIDE
M. Jacobo Martini
Logices Profess. Publ.
RESPONDENTE
Michaele Blanckio
Dantiscano Borusso.
Ad diem 2. Iulij in auditorio Collegij
veteris.

WITEBERGÆ,
Typis Martini Henckelij, Impensis Pauli
Helvigitii Anno M. D C. VIII.



MAGNIFICO, PRU-
dentissimo, Amplissimo
Celeberrimæ Reipub.

Dantiscanæ

SENATV. I,

*Hoc summa & observantia debitiq; officii
symbolum dico, consecro.*

MICHAEL BLANCKIVS.
Respon: & Author.



Q U A E S T I O I.

*An ejusdem effecti plures possint esse causa
conjunctionis?*

Sicutum † est illud Philosophi cap. 1. lib. 1. Metaph. τῶντες
ἀνθρώποι τῷ ἀδελφῷ ὁ περὶ ταῖς φύσεις. Scire vero nihil
est aliud quam rem per causas cognoscere lib. 1. post. c. 2.
Ades dum igitur, qui naturae cupis explere desiderium, cau-
sarum investigationi totus incumbe. Methodi nescius
es? Duce se sequere Logitam. Perplexitate defatigaris? Et hic scrupulus
extinxetur acutā propositi logiqūat exāmine. Nec est cur mul-
titudine causarum deterrearis. Sunt qui plures, sunt qui unam alicui effecto
causam assignant. Eia age ponderemus & quā judicū lance sententias: Hisce
autē p̄missis. Primo uti nos impræsentiarū vocabulo effecti propriā & ge-
numā significatione, relatā nimirū ad causam efficientem. 2. Non esse sermonē
de causis diversorū generū. Nā hoc sensu nullū ens una tantum causa constat,
imprimis substantiæ naturales, sed pluribus; tam internis scilicet, quam ex-
ternis. De simplicibus notū quod habeant saltem effi: & finem, nisi formam
& materiam intelligas Metaphysicam. Vide Suarez, disp. 26. s. 3. dist. 9.
Ne & etiam differendum nunc de causis ejusdem generis, diuersis vero spe-
cie; sed ejusdem generis & speciei. Consule Fonsecam lib. 3. Metaph. cap. 2.
quæst. 14. s. 1. Tenetū insuper causas totales siue principales non partiales:
proximas non remotas hic nobis venire. Sed nec interne litem mo-
bant. Certum est materiam non concurrere nisi recipiendo formam; duæ au-
tem materiæ diuersæ rationis in essendo non possunt ad eandem formam re-
cipienda concurrere: quia neq; in materiis formare recipi potest. Fonseca quæst.
15. s. 4. Ab externis excludimus finem, qui multiplex esse potest alio ta-
men atq; alio respectu, docente imprimis Suarez loco dicto sebt. 5. distin-
ctione ultima.

Sensus † ergo quæsti est: An eiusdem numero effecti possint simul esse
plures causa efficientes totales & a quæ perséntæ. Affirmantes duobus u-
tuntur exemplis: quia, inquit, duo ignes eidem materiae eodem modo

1 2 dispositi

dispositae applicati possunt producere plures: 2. Duo corpora lumino-
sa æqualia magnitudine, intensione lucis atque agendi eti sunt æquæ propin-
qua alicui diaphano, quod ab utrolibet illuminari potest. Sed enim vero,
largiamur hypothesēs. Dubiumne enodant? nulla minus. Rem omnem tri-
bus explicō verbis. Aut non eundem numero effectum produci; aut con-
currere tantum causas partiales. Prolixior est Fonseca quest: 25. s. 3.

3 Nos tñ negantibus suffragamur, cum Zabarella ad locum Aristotelis
2. post. texiu 93. & 95. sic argumentantes: Unius rei una est tantum defi-
nitio: E. & demonstratio & causa proxima. 2. Causa totalis est qua
sola principatum in agendo obtinet. Si igitur sola, alia aut nihil agit. & sic
non est causa; aut actum agit, quod absurdum est auditus; nam agere est de
non esse ad esse deducere. 3. Causa per se est, à qua per se pendet effectus.
E. duo effectus pendebunt & non pendebunt ab illis causis. Probatur illud:
quia proficiuntur à causis æque perfectis & totalibus: Hoc: quia alteru-
trā sublatā nihilominus remanebit effectus ex influxu alterius. E. à neu-
trapender. Plura authores prænominati suppedebant: quibus adjungas
etiam Pererii cap. 15. lib. 8. de rerum principiis. Progredimur ad alia ma-
joris cum momenti, tum emolumenti.

QUÆSTIO II.

Qui fit quod mare salsum est, & incendia non
tamen extinguit, quam alit?

¶ Etymon tñ mari projectum à Chaldais statuitur. Mare enim appellant
illi Marath, id est amarū. Scal. exer. 325. s. 17. Quid si argutemur, Germanos
vozem Meer etiam inde mutuatos? An meteoron sit, Philosophorum est de-
terminare. Impia Cardani vox lib. 2. Subtil. pag. 166. editionis Basil. cum ait.
quoniam non hoc Mare loco, quo nunc jacet, aeternum sit, cum tamen ē
mari mare sit, aeternum esse ac fuisse necessarium est, continuat aqua-
rum. Merito igitur suo perstringitur à Scal. Ex. LI. Alii aliam causam maris
efficientē confinxerunt. Anaxagoras sudorem terræ: Diogenes primā humi-
ditatē reliquias. Quis mentis sana compos alterutri aspiceretur? Ethnicis
ipsis risu ludibrios fuerunt, praesertim Arist. 2. Meteor. c. 1. quidni Christianis?
Christianis inquam, aliud edictis iustus cil. dicit Gen. 1. 10. aquas
omnes in locum unum congregatas, in quem hodie rediunt Eccles. 1. 7.
Nec tamen terra inundatur? Habet hic hominio illusstre omnipotentiæ
divina argumentum. Deus enim posuit arenam terminum maris & præ-
ceptum

cepsum sempiternum quod non præteribit. Ier. 5, 22. Goclenius lib. 4. disputo
phys. disp. 14. alias habet rationes. Arist: lib. 2. Met. c. 2. in ea est opiniōne,
quod solis & superiorū corporū calor quotidie ex mari plurimū vapo-
rū extrahat & exsiccet. Magirus in comm: lib. 4. cap. 8. phys. suæ addit hanc
causam: quia flumina ad locum unde exēunt revertuntur. Quantum enim
una parte accipit mare, tantundem alia dimitit. Atq; hac ita prælibare libu-
tit 2. Restat deinceps inquirendā tētēs. nūcātōs ratio. Est ea
fateor discussu enodatu q; perdifficilis. Quid tum? Tentando ad Trojām
venere Pelasgi: sic nos ad veritatis, abstruse licet, portum. Due offenduntur
authorum classes. Prioris nūnarchus est Fr. Patricius lib. de
aqua & mari cum quo eadē navi vobuntur Danaeū in phys. Conimb. tract.
in lib. Meteor. Arist. c. 5. pron. 2. Casmannus parte 1. problem. mar.
c. 8. Horum iudicio non magis causa, cur mare salsum sit, reddi potest,
quam cur ignis calidus sit, aer tenuis, & terrea solidata, h.e. nulla alia, præter
eam unicam, potentissimam, verissimamq; quia salsum nimurum in rerum
primordio à conditore summo conditum mare est. Eum in finem ut animan-
tibus in mari degentibus consideretur. 2. ne aqua maris perpetuo solis
calore putreficeret. 3. ut eo eratius fieret mare aptius ad susti-
nenda mercium pondera &c.

Ebodus † boni viri! Si maritam propria est salsedo, quam aquæ hu-
miditas, igni calor &c. nunquam ab eo separari posset. Id salsum est. Nam
percolatur, Philosopho teste: sicut manifesto et q; quotidiano experimento
in littoribus Africæ juxta mare est strobæ saltæ dulces hauriunt. Scal. exerc.
46. Aristoteles sect: 23. probl. 21. Cur item non asse verare liceat, posse e-
osd: in fines sarras teatos servari, siue creando, siue post demum marinam
viam Deus salierit? Quam, queso, multa posse mundi exortum evenere suo
tamen non sine priuata? Annon naturales omnium elementorum delicia
vicium, ut ita dicam, conceperunt? Maximo nihilominus usui sunt.

Proinde † essentialis maris proprietas non est: sed accidenta-
lis. Pro hac evincenda multi pelago se commiserunt; classem posterio-
rem constituentes. Dissident vero animis. Tlerig. ajunt mare misum
esse, quo circa nihil præterea querendum. Scaligero exerct. 51. neq; effa-
tum hoc, neq; quod deducitur ab eo placet. Si misum, inquit, queramus
porro, cuius corporis sit propria salsedo primum: deinde in illo tunc quod
nunc in mari, quæ Natura scilicet hujuscem sit effectus causa. Cardanus, lib. 2.
subaria ponit salsedini requisita: Solis nempe calorem, quo terra uritur
putreficit aquæ quod nō decurrat, ut fluminis imberes q; excipiatur. Subicit q;
paulo post: Aduiare ad maris salsuginem illius immensam vastitatem, in qua
velut & in amplio terræ spacio solis monies non p. rucos contineri necesse est;

Ergo sale dissoluto adjuvante praecipue illo quotidiano aestu, salsum fieri mare totum contingit. Ut me tui miseret, Cardane, qui denuo veritatis naufragium fecisti. Montes communis eris: at quos montes? Salis plurimum perpusilla dissolvitur aqua: unde igitur montes illi instaurabiles nascentur, quos tanta moles aquarum non abrumat? unde reponetur tantundem? Sed contra hoc vel a jubeante Scaliger ex: 51.

Omnia † optime difficultatem hanc pulchram eaꝝ vicitrice superavit industria Arist., cui nos quoꝝ subscribimus. Teneamus enim animo Philosophi enunciatum, Sal sed in eis oriri ex missione humidi & siccii adusti à calore, non tamen ex toto decocti. Inde arguit 2. Meteor: 3. vis solis partes tenuissimas & suavissimas maris extenuari in vaporem: crassiores autem magis adustas relinqui, & has deinde cum aqua maris permixtas salsum illum & amarum saporem efficiere. Corroborari vel eo sententia hæc potest argumento, quod aqua marina cum decoquitur, evaporat aqueus humor & consistens seorsim, dulcem habet saporem: partes igitur terreæ remanentes salfiginis fuerunt causa. Accedit quod mare versus Austrum & in estate magis est salsum, quoniam sol eo tempore & loco plus vaporum dulcium extrahit. Taceo quod propterea superficiem maris fundo salsorem esse pronunciet Philosophus prob. sect. 23. prob. 30. Plura ad conclusionis confirmationem collegerunt Dd. Conimbr. loco citato Magirus lib. 4. c. 3. Phys. sue.

At scire iam quid ulterius ab aliis desideretur? Quarunt, cur tunc, stagna, flutu, non sint salsi, ut pote in quos eadem virtute sol agat? cur illa ipsa exhalatio non sit salsa? vel cur fundus maris sit salbus, quo non pertinet nisi solares? Audiamus loquenter Scaligerum, & ad singula respondentem pag. 19 4. Quod non contingat lacubus inquit impedimento est dulcis aqua successio, quæ semper exustio prohibetur. Quod in paludibus non sit salratio est, quia sicuti putreficit aqua. Similiter non patreget salseceret. Flumina precipiti casu fluunt, propterea in eorum aquas sol du & direxte radis agere & salitudinem producere nequit Magirus. Ad secundam objectionem regem, quod non sit exusta siccata illa evaporationis materia, haud sibi satis natra temporis, & rarior, & in regione frigidiore. Beata vero alteram illam futuram vitam: quæ docebunt nos, quomodo fiat ab exultione salsum. Nunc enim meta intellectus nostri est. Tertiā negat contrariaꝝ pro vero & cōperto habet. Quia urinatores in vitreis vasculis dulce extulerūt. Quia demissus cantarus tū operculo Cattiterinus idꝝ operculum sublatū funiculo, ac mox impleto vase ori restitutū. Quibꝝ sane verbis viri tantifide hanc ego detraxerim.

de raxerim testimonio etiā Philosophi comprobatis. Quantū tamen tribue.^{1.}
dū sit Patrio diversum aferenti, non nostrum est judicare. Imo, aijunt, ratio
id largitur: nam sol est grave: igitur tendet deorsum: testemq; experien-
tiam adducunt. Dico clāsiſe eos experientiam. Quippe in aqua immota quā
nūllus carpus sol, sol resedit sicut sex: At in mari motus confundit, sol su-
perficiem depopulatur.

At q; hinc facile dilucidari potest, altera questionis pars, cur vi-7
delicet non fluviatis nec alia potu idonea: sola tantum marina ignem poti-
us concitet quam cohibeat. Assensum suspendenti Venetiæ fidem faciant,
irreparabilis suo dāmno. flamarum grassantium vim expertæ, hoc etiam
anno si vera est Iacobi Franci relatio Historica. Quid? Galenus lib. 3. de-
temper. c. 2. annon indicat Archimedem constitutis e regione speculis lumen
solis usq; adeo in eis collegisse ut hostium triremes in portu Syrachano e re-
gione positas incenderit. O nūnam hocce nostrum seculum ex emplis de-
stitueretur. Sed idem fatus perpeſi sunt Sueci¹ Anno 1564. die 30. Maij
quorū navis primaria Mageleſa in savillas à Danis redacta est. Et in pugna
navali Antonii que ad Actium cum Cæſarianis facta est: cum pari Mar-
te, dīnius dimicatum esset, Cæſar dabius quid sibi agendum foret, iuſſit e
caſtris ignem comp̄tari, & simul undecunq; adhuc vigantes in aduersarios
rela ignita conjici, facesq; ardentes emitte. Sed & ollas cum carbone piceq;
refertas eminus machinis jaculabatur. Inde naues hostium accensæ qui
aquā dulcis porus gratia comp̄tariā prius: postmodum marinā usi sunt
ad extingueda incendia. Sed miseri nihil proſcērunt: quin potius ignem
irritarunt. Plura& lectu apprime juçunda, scitug digna conscripsit Camera
rius cent. 1. oper. sube. c. 26 & cent. 2. cap. 27. Causas effetti tam admirandi
allegavit hujusmodi Arist. section. probl. 23. prob. 7. Quia mare salsum
est, edq; pingvius. Quod succo falso inſit quippiam pinguis indicium esse perbi-
bet probl. 9. quod die tepidiore oleofum quiddam fecerni videamus: & probl.
15. oleum ex sale depromi possit. Nec alienus est ab hac opinione Carda-
nus, lib. 5. p. 286. ex Arriano referens. Ichthyophagos ex sale oleum ex-
cipere. Et addit: Documento est etiam quod oli v. e littore maris magis
gaudeant: Nam salsum solum etiam non leviter pingue est: 2. dicit Arist.
probl. eodem, maris meatus minus congruere igni, ut qui crassiores sint, &
eo magis quod salis ratio non deficit. & c. Problem. 32. tertiam posert, quia
multum continet terra, idq; ex sale colligit. At satis jam satis diu hic suimus
detenu. E casimis tamen ex Scylla & Charybdi tam diffīcili. Letiitq; ve-
lificazione littora legendo, in portum ex alto nos recipiamus.

Qu AE

Quæstio III.

Quanam causa aëtus sive fluxus & refluxus marini?

Sed † quantus hic quoq; se offert ignorantiae labyrinthus? quantus opinionum variarum oceanus? Ergone tām fatali fluuiantum mari ut imbellem nostram raticulam committamus, suades? s'vades. At dissaderet inselix Aristotelis precipitum. Tradit enim Caius Rhodiginus lett: antiqu. lib. 29. c. 8. quo antiquorum testimonio nescio, Aristotelem cum deis bene multos Euripi reciprocationem contemplando trivissem, causarum nescium, labore & odioq; sessum, precipitem se in eum dedisse, his verbis: Quandoquidem ego te comprehendere nequeo, comprehendere tu me. Facile deterri possemus. Sed heus! Non sit sine periculo facinus magnum & memorabile. Audendum est. Audentes Deus ipse iuvat: sententia vatis. Quamvis igitur demonstrabilis aliqua & inconspicua de insigni hac maris affectione in tam profunda mentis caligine dari vix possi cognitio: attamen non deest probabilitas & sociorum, quæ tantisper retinenda, donec per ratam (si modis hic unquam acquiri queat) experientiam verior & exploratior ouædam comparetur.

Porro † variū, quibus mare cietur, motus describuntur à DD. Com. nimb. tratt. 10. c. 3. comm. in Meteor. Præcipui tres designantur à Scal. ex. 77. f. 3. Primus est, quatenus aqua deorsum ad aquæ locum terræ consiguum. Secundus, quatenus haec aqua id est mare. Is dicitur fluxus & refluxus. Tertius, qui verè aëtus ab antiquis appellatur, quo aliquid litora. Aëtus per analogiam videtur vocari Vallesto in sua sacra Philosoph. cap. 52. perinde enim mare patitur ac si aëtu caloreq; seruat. Calidum enim est & humidum. Calor seruorem ac bullitionem quandam causatur. Hunc spiritus & vapores in se creat, eosq; continuè emittit & novos generat, quibus genitis attollitur & emissis residet. Ex Patritio Casmannus parte 2. problem: marin. quest 4. Scaliger autem citato loco eum esse accidens maris perhibet, proq; causa ventos habere, quibus nunc in hanc nunc in illam partem agitur pro ratione flatuum qui tunc in eo dominantur, nisi malacia seu tranquillitas adsit.

Majori † cum sudore laborandum est de refluxu & fluxu, cur aquæ marinae nunc ad litus accedant nunc recedant subsideantq; per senas quasq; horas die ac nocte vicibus repetitis. Motum deprehendimus. Erit hic ab alio

ab alio principio. Interno? Animā caret mare. Ergo ab externo Scal.
ex. 52. Quodnam illud? Dicam rotundē quod sentio, Luna. Hęc recipro-
cationis causa est. At, inquis, non tangitur à luna mare: quo circa nec mo-
vetur, cum motus per contactum fiat. At inquam ego: Magnes attrahit
ferrum, si sit à lapide sine contactu, quare non sequitur mare corpus no-
bilissimi syderis? Scal.

Ponamus t̄ sententię nostrę rationes. Astra in hec inferiora agere, 4
nemo nisi sensuum expers negabit. Agunt cūlūce & mosu 2. de Cælo. 7.
I. Mete. 3. tum occultā qualitate insitā. Magirus ex Albumaß. Sicut Sol
autē t̄ires suas maxime ostentat in calidis: ita in humidis t̄im suam Luna
exercet. Dominatur itaq; etiam mari. Quod ipsum ē luce e vincitur. Quo
maior minorve ea est, e magis minus ve maria turgescant. In plenilunis
ad eo ut sideris desiderio seip̄a suspendere videntur. Hunc sanè effectum
qui non peculiari d̄ luci sed solis lumini ascribendum censet, vēlin indicet,
cur non potius ad solem ipsum maria turgescant ec Au: quando a luna sie-
ret intermissio. Sed & quomodo Lunam cēdūce suam sequatur, opera pre-
tiū erit expōnere. Dum Luna supra horizontē paulatim assurgit ex oblique
radios in mare p̄spargit, sūo glōmine calefaciens aquas marinis, exhalatio-
nes ē fundo evocat, quibus dlatatis marina aqua crescent & intumescent,
ita ut affluxus ad littora efficiatur. Rursus quando paulatim à meridiano
digreditur, & ad horizontem occidentalem vergit, ideoq; radios subinde ob-
liquiores per mare p̄spargit, lumen & minus efficax immittit, ut ita exhalatiō-
nes pauciores generentur & quā generati sunt condensentur, tum tumor
maris remittit ac subdidet ita ut refluxus efficiatur. Edēm modis noctis
quando luna ab oceā ius terminal ad meridianum descendit, indeq; ad alterum
ortus terminum vergit. At ita semper mare modo accedit, modo recedit
etiam secundum motum diurnum Lune, qui in quartas est diuisus, ita ut
singulis quartis sex hora tribuantur, ideoq; & mare quater singulis die-
bus & noctibus moveretur, bis fluendo bis refluendo. Vide Goelenium disp.
14. 15. 16. lib. 4. phys. disp. Magirum lib. 4. c. 8. phys. Peucerum de di-
vinatione: in loco de pr̄ed. Astral. Scal. ex. 52. Imprimis Felicē Accoramboni
in comm. Ar. de mundo. p. 455. ubi graphicē exponuntur singula, & decla-
rantur. Siccō interim pr̄eterimus pede aliorum de refluxus natura sen-
tentias. Omnim̄ ichnographian vēlet tabellulā cīdam impressam in-
venies apud Casmannum in probl. mar. parte. 2. quō te remittimus.

Constat t̄ igitur mare à Luna moveri: Sed motisse nos Camari-
nam perhibemur illorum judicio, qui à nobis de virtutum faciunt, sic argu-
mentantes

mentantes. Naturalis una eademque uniformis causa unum & eundem, uniformem, in uno eodemque & uniformi subiecto, effectum parit: Si itaque Luna virium habet motuendi maria: cur non item fluxuos, quippe cum mari minores sint eaque de causa facilius pati queant? Cur mare aliud astus plane expers est, aliud magis minusve turgescit? Si adeo exatè quadras obseruat Luna, car singularis diebus una hora serius fit reciprocatio? Vere vere hic ipsa philosophia balbutit, quoque comprobatur calculo illud regum sapientissimi: operum DEI quae sunt sub sole nulla dari potest cognitio. Eccles. cap. 10, 17. perfecta scilicet certa cui contradicere nequeat. in ueris vero proposito. 1. Cor. 13, 9. Ino nihil scimus. Et mare ipsum ciuius vites, quā homo terreas reciprocationis marinae causas profulerit. Sed quid absterrebit nos rei difficultas, quo minus hic quoque insanire audeamus? Deus meliora. Subsistimus ibi, quo imbecillia mentis acie per venire non poterimus. De syllogismi igitur veritate haud dubitandum, si causa & subiectum non variantur vel intrinsecus vel extrinsecus. Nunc & ordine ad singula. Non patiuntur fluxum & refluxum fluxuque aqua enim fluxuviatis tenuior est limpider, & ac propereavis radiorum Lunae raro ac tenui corpori impressa figura non potest, sed sine motu & concitatione dilabitur. Maria quædam vel omnino non, vel maiis minusve hoc motu fieri, certum est. Mari Baltico nullus contingit, tum propter angustia littoralium seive alvei: tum quia fundus frigidior ac solidior prohibet, quo minus tanta copia halitum generari possit, quanta requiritur ad aqua marina effervescentiam ac tumorem. Keckermannus disp. phys. 4. corol. 13. Casmannus quæst. 10. annexit plures. Balticum, inquit, cum sociis Livonicis, Finonicis, si verum est non affluere & refluere, profundatatem in causa asseremus una quam testatur Olaus esse immensam. Altera est quia in ea maria lacus exonerantur dulcium aquarum 80, fluxuina vero plusquam 60, quibus dulciora necesse est fieri, & faciliter frigoribus conglaciari, ut glacie quoque pressa atque oli nequeant. At forte bituminosa in fundo sunt, quod succinum bituminis specie magna copia in littora fluctibus convolvant. Et tum propter easdem angustias, tum quod fundus saxens in halitus resoluti fundi, nequit agitationi accommodos, mare Ligusticum. Peucerus pag. 652. Sunt & alia, de quib. Scal. Conimbr. Accorambonus, Casmannus allegatis locis. Cur magis minusve turgeant, è contraria causis optimè elicetur. Segnior aut initiator est alias atque alias locis, profundatione. Vbi enim ex depressione in altiore incumbit superficiem: et si est paulo proclivior, praecipit agitur mare. Sin è contrario, profundior

excipit.

excipit alveus: eius impetus seipsum frangit in spacio capaci: præserit
ubi prorsum offendit dorsum aliquod tumidius. Præterea aliquibus inlo-
cis impetuosa vis ventorum qui inflant aquas removent aquarum cursum
à naturali serie, Ita ut interdum fluxum & refluxum festinare efficiat, in-
terdum tardare: Si etiam stellæ magnæ & lumenosæ, imprimis autem Venus
& Iuppiter Lunæ vim angentes accesserint, fieri consuevit ut maiori astri
afficiatur mare. Tandem quia Luna singulis diebus una hora serius oritur,
quam præcedente die orta sicut, id eo una horâ serius incipit accessus & recessus
sunt hodie quam postridie. Habet jam causas huius motus tales quales potu-
erunt non debuerunt indagari. Si alicubi pariores justè videmur; sonores
ipsos, è quib. r. v. ali hi sunt deducti, non primis modo labris degustari sed to-
tos exhausti velim.

IV.

Quid de succino statuendum?

Succini vox ambigua est, usurpata legitur tam in concreto quam
in abstracto. In concreto significat idem, quod flatum, aureum. Accepimus e-
num ab Historio capitulo Sabina illius Poppeæ, (cui cuncta alia suæ pre-
ter haec sum animum) à Nerone adamatæ succinos de flâ wedine nimirū ap-
pellatos. Camer. cent. I. t. 66. Libavius c. 26. lib. 5. Abstractè pro specie
quadam bituminis. Succinum Arabibus dicitur Karabe, quod princeps Abo-
lai rapiens paleas interpretatur. Scal. exer. 104. s. 12. Græci variis rem
nominibus instigitarunt. ἡλιτρον vocant, fortassis δέ τε ἡλίς à
sole, quod virtute radiorum solarium vel generetur vel ex arboribus ex-
trahatur. Plin. lib. 37. c. 3. refert juxta mare Atlanicum esse lacum, quæ
Mauri electrum nominant, qui sole ex calcitu è limo det electrum flu-
tans. Lege Libavitium c. 1. lib. 5. partis tertiae singularium. Latinis est
Succinum, cuius notatio deducitur à Plinio, quod sit succus arboris. Germa-
nis dicitur Börnstein à cremando & ardendo, quia crematur ardet & incen-
sum succinum. Saxonibus enim Dörnen idem est, quod brinnen/brennen.
Vocatur etiam Angstein, q. Angstein / nam cervici alligatum oculorum sor-
des abstergere creditur. Quamvis hunc lapidem nolunt agnoscere pro suc-
cino germano & genuino M. Caspar Schütz in Chron. Prussia lib. I. m. &
plures alij: Libavius cap. 32. pag. 680. Genus & varium à variis 2.
constituitur. Sunt qui habeant pro bitumine. Recte. Competunt enim ei
generica bitumina notæ: ortum habet & substantiam in mineris

B. 2.

terra un-

terra unde vel effoditur, vel aliqua occasione profluens materialiter sub dō
in terra vel mari perficitur. 2. Succinum transit in bitumen transit
& in Ambram, utrumq; artificio probari posse, afferit Libavius. 3. Succinū
liquidum est minerale bituminis & seu petrolei species. E.. & concretum
4. Colores tam varii & moles massarum & signa mineralē esse docent. & sub
genere bituminis. Vide ea quae collecta sunt à Libavio c. 9. pag. 467.
Sed invenias viros magni nominis optime q; de repli: literaria meritos, qui
ne unius quidem assis hanc sententiam estimant, ac proinde succinum arboris
esse malunt. Ut ceteros taceam, unum omnium acutissimum nominis, prin-
cipiumq; principem Scalig. exerc. 104. f. 10. inquietem: Arboris lacru-
ma est capura ne bitumen credas, sicut succinum bitumen credidisti. Ex ar-
boribus enim delapsū maris appulsi desertur in littora, quorum arena ob-
rutum effoditur postea eo toto tractu qui à Meuse portenditur ad Gedan
idest Daniscum. Sed quod pace viri tanti dixerim, iniquā virgulā censo-
riā Cardanum perstringit. Nam ponderemus argumenta pro causā vege-
tabili ab eruditis in medium prolatā. Moventur: 1. auctoritate Plini affe-
serentis gigni id ut gummi in cerasis. 2. à modo generationis & concre-
tionis. Resina erumpit pineis abundantia humeris, densatur rigore & te-
pore vel mari autumno intumescente, astur rapitur ex insulis & ad lit-
tora expellitur. 3. à notatione: quod veteres persuasum sibi habuerint, esse
arboris succinum, quibus non temere contradicendum. 4. ab adiuncto odore:
Pineum in atritu odorem reddit & accensum tādē modo ac nitore flagrat,
5. à copia: tanta enim aliunde esse non potest quam ex arborum sylvis,
quotannis novum succinum parientibus. 6. quod in vīctum arbitrantur, pe-
tunt ab araneis, formicis, muscis, alis q; id genus insectis succino contentis.

"3. Sed t̄ enim vero, arbores has ferant necesse est vel littora regionis
succino maxime abundantis, vel alterius. Non illius. Non sane Sudina
Prusiae, testibus iis, qui vel à limine incolas salutarunt, ingens tamen ibi
copia succini, suffragante etiam Cardano lib. 5. p. 281. Quocirca Olaus &
socij ejus arbores huiusmodi assignant Sueciae, Norvegiae &c. At cur hæc
ip/a regnacum accolis succino desituuntur. Schützius in Chron. Rationes
adductæ citra sudorem refutantur. Nam 1. Plini auctoritas num verita-
ti prejudicet? erroris convincitur à Georgio Agricola & Gæbelio. Deinde
Resina in arbore sua, aut non procul, si relinquuntur, indurescant calore
potius quam frigore; vel etiam aeris exiccantur potestate halitusi. Non
expectant donec per intervalla multa in mare per veniant, nisi ritus impe-
tuosis ur-

Q[uod]is urgeantur, quod ne singas quidem in resinis. Tam itaq[ue] ex arboribus
& terris legendum erat succinum, imo potius quam ex mari. Succini con-
cretionem calor non adjuvat quia resolutus etiam solo afficitur: sed concreti-
lis natura ex interno est principio. 3. Largiamur etymologiam, quid in-
de? Est & mineralis, est & animalis succus. Et succus pecori, canit Ma-
ro. & lac subducitur agnis. 4. Succino sungs est odor, nidor, flagratio ad spe-
ciem reducta. Aliqua similitudo in una affectione identitatem substantiam
non concludit. 5. Contraria se habet: tanta copia succini non esset si resina es-
set & simul lateret & effugeret artem. Magna copia picis est. Sed pix ap-
perta est generationis & artem poscit. Succinum a natura absolvitur, nec
abraditur ab arboribus ullis; & est longe nobilior pice. 6. Est omnino con-
sideratione dignum: Sed nec hic quod respondemus deest, quamvis fortasse
non omnium consensu, quid tum e modo bonorum. Ajunt causae arboreae pa-
tronii succino animalcula illa includi, dum pabuli causa circa arbores repuit.
Quid alij, qui e spuma maris succinum gigantum autemant? Fingunt hi dulce-
dine odoris alii i ad littora ubi non nihil haeret succini tanquam ad mellis aut
manna pabula. Sed cum isthie lambunt fluctus appellere succinum & oc-
cupare in volvere & comprehensa ita ut eluctari nequeant. Contrarium
tamen constat nempe bitumineos habitus abigere insecta! Tu donec affirmas
re licet succum liquidum adeo suaves emitere spiritus, resolutum graviter
olere? Ad suffitum succinum non ad volant muscae. Et quis sibi singat in
resinam & lachrymam ab arbore distillante guttae, vel concrecent
lente admodum intrudere se per vim animalcula ista? An non quæso obstat
lentor quo minus in medura queant per venire? Si putant id in succino pe-
culiariter fieri, reddenda causa singularitatis, & dicendum cur non eveniat
id in aliis lachrymis arborum.

Imo † ut tandem certi quid determinemus, falsum est bestias veras 4
iis impressas. Nam raso succino ad locum illum usq[ue] nihil apparet præter
succinum merum & solidum: non ibi oscula, non cutes, non alia, nec alia
membra bestiolarum. Absuntur, inquit, liquidi electri acritate.
Respon. per instantiam: Asphaltum imo ne sal quidem merum id potest.
Aves scire quid de his statuendum? Libavius p. 696. & 697. statuit ex
analogia lapidis fissilis Islebiani in quo paene omnium bestiolarum & plan-
tarum imagines visuntur, quæ sunt circa lacum ibidem, rationem esse pe-
tendam, quam tuæ committo censure. Potest etiam ascribi fortuita disposi-
tioni quemadmodum in grandine faciem hominis referente. Vel etiam ap-
paritione;

partitioni, qualia sunt sub celo phasmata seu meteor a per emphasis. Vbi sa-
pe id creditur esse, quod neutquam est, nec ullam habet systema. Causa est
affectionis diversa à luce diversimode recepta in materia nubis vel vaporum
vel halitum aut aere crasso. Fingamus itaq; dum confluxit succinum in-
equales extitisse dispositiones secundum lineas modo in gyrum ducas, modo
extentes, modo arcuatas & reflexas, & alicubi quasi concavum quid fa-
ctum esse, alicubi convexum & lumen incidentis à diversis refractum alicubi
coire & scintillare; alicubi refugere & veluti privationem relinquere.
Inde fieri potest ut nobis imaginemus muscas, culices & alia, præsertim cū
nos ira opinioni &phantasiæ adiutori visus & se accommodet. Huius ali-
pulatur nonnunquam etiam inclinatio & impuritates medio succino inclusæ;
& multo magis diversæ consistentiæ partes mirifice commixtae. Cum i-
tag; introspicimus, montes & saltus & pilos videre arbitramur. Sed sunt
hæc, ut ingenue fatear, acuti quidem ingenii enunciata, non tamen omne du-
bitationis punctum tellentia. Agnoscitur & hic humana infirmitate vespigat.

5. Ceterum t̄ ante quam finem problemati hinc jucundo & utili imponamus,
placeat pauca subjecere de facilitate attractrice succini. Est ea diversa à gem-
marū, ut vel inde patet quod gemmæ laneo panno affictæ festucæ succini
arborum folia ad se trahunt, non vero linearum afficta, ut succinum. Sed &
à Magnetis differt, docente Cardano p. 2113. Succinum, inquit, omne leve
trahit i.e. ranem corporū levium, foliorum, lignorū, pennas, & quod ri-
su jucundi arenā clepsydrarum veluti turbine rapit: nō aerem ignem &c.)
Magnes ferrum solum. 2. Succinum interposito corpore (solido sc. non aere)
non mouet paleas; Magnes ferrum. 3. Succinum non trahit vici-
sim è palea: Magnes trahi ur a ferro etiam. 4. Palea à succino in nullam
partem dirigitur (certam scilicet mundi plagam) à Magnetæ ferrum ad Bo-
ream. Deniq; 5. succini attractio calido (non quovis sed certo) & fricatione
jovatur (imò attinatur) Magnetis eo solum quod purior pars lapidis redi-
ditur. Non etiam attrahit succinum oleo seu aqua humectata. Ozymum à
succino respiciat Theophrasto Cardanus refert, ut & Peuce: Quamvis facile
mihi persuaderi patiar tantæ eruditissimis authores non absq; experimento
id pronunciasse: tamen Scal. ex. 104, f. 12. nullibi id se legisse profiteatur. Et
Matthiol. testatur, saepè se periculum fecisse, semperq; à succino ozymum at-
tractum fuisse. Ex pessis à me causam amice lettore? Non tibi nunc dissol-
vo debitū, sed bona fide interea pignori tibi relinqua ingenui candidi q; ani-
mi verbum hoc: nescio, Scal. 344, f. 10. Quin potius cum Scal. ex. 344, f. 2.
confugi ad sympathias seu dulitare occultæ proprietatis asylū, mi loquuntur
ide Scal. ex. 218, f. 8. sub fine: Cardanus inter alias & hæc ponit causā, quod
succinum

succinum habeat humidum pingue & glutinosum, quo emisso ad levia quaque fertur &c. Refutatur à Scal. sed si juxta sunt haud oppugnandi quæ nobis jecero fundimenta sapientiae, bene cogitata haud disserit expressissime videtur Cardinus: ergo ni fallor, sensisse, succinum Spiritus habet pingues glutinosos, calentes, qui calore attenuati evecti prodeunt, penetrant, arripiunt: hærent glutinoso pingui non in paleis tantum sed & inter se. Ita dum coagulant in via rotulam restituent & secum trahunt res arreptas. Probabilis sane opinio. Lege Libavium lib. I. cap. II. & lib. 5. c. 25.

V.

An virtute corporum cœlestium animantia produci queant.

Vivunt & adhuc, quibus nihil aquæ æternum & absurdum videtur, atque affirmati vam questionis tueri. Cælum, inquiunt, estne anima præstitum? Neutiquam. Quomodo igitur animata producit, cum nullum effectum excedat virtutem sua causa: omnis ergo causa vel æquam vel maiorem habeat perfictionem? Acutum sane telum: at quo se parum lediputat Cardinus lib. 9. p. 507. Nec solum inquiens minuta, sed & majora animalia è putredine, immo omnia credendum est originem dicere. Quapropter arena se committit, antagonitas horce scuto feriens: de muribus constat: & pisces in aquis recentibus sponte generantur: E. alia. Apage sis, Cardini, post principiastis: usque adeo illi tuas ferre poterunt ineptias & magnifica verba, verba dum sint: verum enim si ad rem conferentur, rupulabitis. Prodeant quibus stipatus es satellites. Nihil enim tam absurdum excoxitari potest, quod patronum non inventat. Hisce se regunt argumentorum elyptis: Eadem est materia generationis & nutritionis Arist. 2. de gen. c. 8. tex. 50. Sed terra suggestit materiam, qua homo nutritur, ut herbas, plantas &c: E. & generationis. 2. Cælum potest inferre interium homini. E. & generationem perficere, quippe oppositorum eadem est ratio. 3. Ne vultus cogantur porrigerem manus, animalium in insulis à continentis disjunctissimis qui ventum agmine terrorem aliis incutere fatigant, querentes unde illa ortum trahant? 4. Plinius etiam se circumvallant auctoritate pro explorato habentis equas in Lusitania animalē spiritum Favonio flante concipere, indeq. partum fieri, & gigni perniciſsum, licet trienium vita non excedat. 5. Arbitrum tandem pugna inducunt Phoenice avium orientalium pulcherrimam, è cinere & oīibus parentis oriundam. Tesseram reliquorum fregit Pererius lib. 8. de rerum princ. c. 16. Nos:

2 Nos † regia incedemus viā ad neutrīus partes abituri. Nec tamen pugnam detrectamus pro obtinenda generatione animalium aliquorū, imperfectorum scilicet, per astrorum virtutem. Longo enim temporis usū deprehensum est plurima animalium absq; etiam soitu generari, non modo in terris, sed quoque, & potissimum quidem in mari. Anguillas ex putri uligine provenire author est Aristoteles lib. 6. de hist. animal. c. 16. Anguillæ, inquit, nec per coitum procreantur, nec pariunt ova: nec vero capta unaquam aliqua est, que aut semen genitale aut ova haberet. Meatus quoq; vel semini vel vulvæ accommodatos nulla rescissa ostendit. Sed hoc unum inter sanguinea genitata sine ovo sine cutu generatur, &c. attelante etiam Cardano lib. 9. fermè sub finem. Nam in se nibil, extra se limum quendam complexu mutuo confidere creduntur, unde proles confirmetur foris. Scal. ex. 15. Sic ex asino crabones, ex equo vespiæ, ex ritulo apes, sic ex aliis alia insecta, ut musæ, culices, &c. (quaæ Scal. ex. 303. f. 4. per jocum peccata naturæ vocat.) in lucem prodeunt. Cum igitur non ex semine: à celo produci ea verisimile. Modus non omnibus idem, ut videre est apud Conimbr. qu. 6. art. 2. c. 3. lib. 2. de celo. Durandus, cum quo & DD. Conimbr. faciunt, opinatur cælum conspersum quasi esse virtute seminaria pro ductivum ejusmodi animalium. Quare ut generatio animalium ex semine ortorum ascribi solet generanti, à quo virtus ipsa in semen ipsum impressa est: ita horum animalium productionem aurori naturæ, qui eam virtutem calo tribuit, tanquam principali causa ascribendam esse. Et hæc sententia è magis assensum meretur, quod ea salvia integrâ maneat aliquæ pronunciata: videlicet causam & quæ vocam principalem esse nobiliorem suo effectu: quod prima negat. Item. Quodvis corpus vita expers esse ignobilis quolibet ueniente: quod nō tuetu secunda De imperfectis igitur liqueat.

3 Perfecta † vero animantia egere proprio entore, vix cælesti neutiquam generari posse, vel excellens illorum natura testatum facit, que sane plura exigit. Quin & experientia reclamat. Si enim Bos aliquando ex putri materia ortus fuit, cur post hominum memoriam nullus extitit? De homine id asserere vel plebejus quisque Philosophus se indigno punit. Quomodo enim tam varia, subtilis, delicata & artificiosa tot membrorum & partium humani corporis compactio, conformatio, distinctio, figuratio ex putri materia efficiatur? Quis locus præter matricem feminæ qui sit calidissimus non igneo sed vitali quodam colore, & ab omnibus elementorum & cali injuria iuissimus reperiatur? Sed esto generetur; conceptus & in lucem

in lucem editus quo alimento nutritur & sustentabitur? profecto nō parentum accederet industria, fame & siti singula hominum individua perirent.

Verum t̄ feculēm aliorum castra. Priorum, nullum animal generari posse virtute cœlesti arbitrantium, nobis magis arrident. Et habebunt superūxas, s̄ in eo non reluctati fuerint, quod producantur: sed non tanquam proprio & principali agente, id enim negamus una cum ipsis: sed saltē ut causā instrumentariā & minus præcipuā, quæ suo effectu de-
terior esse potest. Ceteris t̄ nuncium remittimus, eos q̄ galea Veritatis s̄ indui, citra pulvrem, sagabimus. Nā nullo pane negotio tela ipsorum re-
torqueri poterent. 1. Distinguimus inter materiam propinquam, quæ est
sanguis: & remotam, quæ est herba &c. illam non hanc axioma innuit.
Taceo quod ab utraq; hac tūscrapet materia seminalis alimentari longè per-
fector, purior, efficacior. 2. Non possunt nescire boni illi socij multo plura &
maiora præsidia necessaria esse ad generandum hominem quam ad eum cor-
rumpendum. Etenim si unum quolibet elementorum suveret cetera, pot-
est homini exitium afferre: at perspicuum est non posse hominem ex uno
elemento generari. 3. Parvipenditur ab August. lib. 16. de ciuitate Dei
c. 7. Nam bestia hæ vel post diluvium ad insulas, sed proximas, natando
transiuerunt: vel ab hominibus capta ad longinquas velle venandi
studio: vel etiam iussu diuino seu permissu eō translatae. 4. Pro anilis-
gamento habet August. protidum q̄ hoc à scriptoribus ad significandam tan-
tam in iis locis equorum secunditudinem & multitudinem ut vento generari
videantur. 5. Phœnix quam vel nihil vel parum ipsis proposita, jam indica-
bimus. Describitur à Plinio lib. 10. nat. hist. c. 2. quod existat aquila ma-
gnitude, p̄vone pulchrior, aurifulgore circa collum, cetera purpureus,
caruleam reseis caudam penitus distinguenterib; cristis faciem, caput q̄ plu-
me apice cohonestante. Ajunt ei rostrum tristitulare, unde M. sicut edat
sonum, cuius ad imitationem pastores instrumentum composuerint hand in-
suave Scal. ex. 233. Fertur item stracto in palmæ alicuius vertice ex casu,
nardo, cynamomo & myrrha nido, se faser imponere, & excitato alijs ad ra-
diū solis incendio in odoribus vitam finire: atq; ex ossium deinde medulla
vermiculum generari, inde pullum, attestante rege Ethyopia in epistola ad
Rom. Pontif. cujus fragmenta Cosmographia sua inseruit Munsterus. Alijs
alius generationis modus placet. At uero nobis fabulosus videtur. Con-
firmamur testimonio auctoritatum aliquando plures fuisse visos Thœni-
ces, nempe anno 800. U. C. Claudi principis censura: Q. Plantio Sext.

C

Papinio

Patinio Coss. allatum ex Egypto phoenicem in urbem, & comitis proposi-
sum. Si igitur unus tanum foret nec nisi ex demortui aut confessim mori-
turi cineribus sanguineq; nova soboles proueniret; in hoc Roman ad vecto-
sota Phoenitum species interuisset. Nihil ergo sibi à Phoenice subsidij pollicers-
& possunt. Latet tamen adhuc post correclia Cardanus, & hic protrahendus. Ridicu-
lo sane armorū genere vi. Els est à Scal. atramē manumissus. Quib; qua-
so verbis? Apud Esope, inquit, fabulatorē muliercula commodius
hocce tuo commento texisset adulterium: qua è nīve puerum natum ma-
rito, unde eset, quārenti, prædicabat. Dixisset: è limo Cardani. Impia ac
nefaria vox: Philosopho ingenuo ne dicam. Christiano indigna sententia,
bonum è putredine nasci posse.

VI.

*In quo consistit Heroica virtutis
eminētia?*

1. Cuilibet tamen integrum est virtutum vel refragari vel obsequi moni-
tio: communem vero hominum superare sortem, & ad altiora spirare, ar-
duum imprimis est, & peculiari Numinis instinctu contingit. Atque hinc
nescio qua ethnicorum animis suborta fuit suspicio, ut crederent non nisi De-
orum domus sua natorum concubitus cum mortalibus, heroas progigni. Se-
mides propterea appellārunt. Quamvis si conjecturā quid certi colligere
licet, exprimere hujusmodi figmento maluisse videntur, singulari rerum di-
vinarum desiderio & amore teneri debere heroas, & quam proximè ad
Dei naturam accedere, vel virtutum nitore Deum ipsum representare.
Idipsum & nomen Herois praefert, quod dico tamen egypti, derivata
um existimat Keck, lib. 3. Eth. syst. salvo aliorum iudicio.

2. Dependet tamen igitur virtutis Heroica eminētia à fine. Piccolhom,
gradu 6. c. 3. Phil. moralis. Finis autem consideratur vel respectu pre-
senti, vel futurae vitae. Ita ergo imprimis itulum heroas merentur, qui
mundana despiciunt habent, alteram autem aeternam felicitatem anhelant,
ut voti compotes fiant extrema quaque patinante. Pertinent huc viri
religionis sinceritate morum vita & integritate præ reliquis insignes, Mar-
tyres intelligo. Quos tamen ecclesiastici sermonis usus non permittit heroas
appellare, inquit Augustin. lib. 10. de civitate Dei: nam nomen illud ina-

869

nem quandam gentilium gloriam pra se ferre videtur, à qua eori abhorruerunt. Quod si oculos in heroas hujus vita respectu dictos convertemus, erunt hi duplicitia generis, propriè scilicet vel minus propriè ita appellati. Propriè hunc titulum sibi vendicant, qui virtutum moralium gemmulis, præsertim difficultum, coruscant, & quidem illarum quæ homini vires excedere, diuinamq; facultatem exposcere videntur. Nam licet non negem, posse in omnibus virtutib; herocam effulgere, nescio tamen quomodo vehementius luceat in Iustitia universalis, Fortitudine, Temperantia & Magnificentia. Exempla obvia sunt in Piccol: & Keckerm: nec non aliorum scriptis ethicis. Minus propriè in album herorum (præcipue ab eminentia virtutum moralium sicut dicatorum) referuntur artifices præclarí, qui insigne aliquod beneficium in genus humanum contulerunt, propterea quod singulari quodam Dei amore fuerint affecti.

VII.

An teneamur semper omni loco & tempore vera dicere?

Hic † omni nervorum impetu caudendum ne de Veritate disputatur falsa in proscenium eruditiorum proferamus. Magni sane viri affirmant respondent, suffulti auctoritate sacrarum literarum. Precipit enim ipse Salvator Matth. 5. 37. ut sermo noster sit E ST E ST: NON NON. Ephes. 4. vers. 25. Deponite mendacium, veritatem loquimini quis cum proximo suo. Zach. 8. vers. 16. eadem serè leguntur verba. Colof. 3. vers. 9. Nolite mentiri in vicem &c. E quibus locis colligitur nihil omnino disimulandum, sed rem prout se habet, exponendam, negligere à circumstantiarum loci, temporis, & personarum ratioe.

Sed † secundum quid tantum dicta hac accipi debere, documento sit regulâ vita discipulis Matth. 10. v. 16. præscripta: Estote prudentes sicut serpentes: & Mat. 7. v. 6. Nolite gemmas objicere porci. Quâ de causa distincte respondendum est, his præsuppositis hypotefib; 1. Si quaestio decernat D E I O. M. honorem, religionem, conscientiam, fidem alicui datam: non missare, & ne latum quidem unguem à vero discedere

C 2. decet.

debet. Matt. 10, 32. Apoc. 3, 16. & passim alibi. Nullam igitur excusationem admittit D. Petrus, dum Christum abnegat. Neq; etiam excusanda sed execranda est Apsalarum colluctioes, cum omnibus, qui vel metu infamiae, vel periculorum consequentium multitudine perterriti, forose accommodant, & fidei rationem potentibus recusant. Jesuitarum hic notemus ~~curiosas~~: qui discipulis ipsorum institutioni commisit sedulo inculcare solent, ut a parentibus interrogatis, num Jesuiticam amplexi sint religionem: negent imo pernegerent hoc animo tenentes: non addictus sum illi religione scilicet erroribus qui Pontificis affinguntur. Hec nimis sunt Lajolitica pietatis precepta quibus teneras adolescentilorum animalia imbuunt! Et tamen eas lethali hoc veneno infici conceditis parentes? heu vultis etiam! wanis gnatorum istiusmodi assentatiunculis decepti. Pemineat, piceat, pudeat tandem vos imprudentia vestra: aut apertis atque adeo juratis Dei hostibus etiam filios committitote, cum ne hi erroris accusari velint. Hac prima castio. I.I. Vbi manifestatio spontanea peccatum esset, non est mendacium figurare aliud dicere aut ostendere, sed licet uti figuris quae regunt negotia. Dominus Chemnitius parte 2. loc. com. pag. 235. Non igitur improbat in sacris illud mulieris factum, 2. Sam. 17. v. 19. quae Jonathanem & Achamaam in puto delitescentes, velamine super eos expanso à truculentis hostium manib; liberavit. Plura exempla recensentur pag. 233. III. Occultatio, que adhibetur ob justam & honestam causam, in rebus, quas dicere non est necessarium, haud rejicienda. Non enim violanda sunt leges Taciturnitatis quae aquæ est virtus ac Veritas. Summaq; esset imprudentia Cöllarij aut Senatoris, decreta Senatus alicui aperiens, eo praetextu ut mendaci suspicionem effrigiat: quippe pugnaret ista veritas cum conscientia & taciturnitate atque ad eum cum juramento Consiliarij. & deniq; cum bono publico. IV. Non tenemur semper omne verum dicere, si maximè teneamus partem veri dicere. Keckerm. p. 290. System. Ethici. Vbi exemplum recitat Athanasii. Refertur huc etiam exemplum. Abrahami Gen. 12. ab Augustino: Sed improbante CL. Gesnero p. m. in comm. super illud caput.

VIII.

An idem sit mentiri & falsa dicere?

Rⁱ Periculosa & sunt, inquit D. Chemnitius, generales mendaci descriptiones, cum idem esse fertur, quād non dicere veritatem. Breuiter igitur distinguimus;

distinguimus cum Scal. ex. 2. Non falsa dicit qui se putat sera dicere. Nam falsitas, ut inquit Keckerman. c. 9. lib. 2. p. 294. rem ipsam respicit: mēnētū autem respicit propositum voluntatis virtutis morali contrarium. Est enim mendacium. Augustinus definiente falsa vocis significatio cum voluntate seu intentione fallendi. Sic e. g. nullatenus mendacij coargui potest, qui literis amici certior fatus de obitu imperatoris Romani: aliis quo idem confirmat. cum tamen diversum temporiā diu ueritate doceatur.

Addamus † coronidis loco characteres mendacij in sacris prohibiti. 2.
Primō, inquit Chennitius, necessum est: ut falsum proferatur. 2. ut fiat hoc duplice corde; Psal. 12. v. 3. id est, quando conscientia persuasa est esse falsum, quod veritate profertur. 3. ut fiat cū voluntate seu intentione decipiendi. 4. Mendacium est etiam cum non adest voluntas nocendi, quando ex vanitate ingenij dicitur, nec habet probabilem & honestam causam. Talia sunt mendacia adulatorum & jactabundorum, & similia.

LX.

An peregrini iure civitatis donandi?

Multi † nec tamē multis illi rerumpub: antisites ne inter apia quidem peregrinos grassari patientur; cedre eos; & terram, quā nutriti & educati sunt, incolere jubent. Hī justō severiores, & vel iustitia vel ipsius etiam Humanitatis oblitū vadentur alii, properant, quod simiter memoria tenendū, nos quoq; in hoc exulare mundo, nec civitatem permanente habere Hebr. 13. v. 14: sed nō in cœlo nostrum in cœlis esse Phil. 3. v. 20. Quod ergo cupimus fieri nobis, utpote eandem fortunam vel expertis vel certe experiri, alii ne denegemus. Et eo quidē minus, qd magis id Deo placere, in comperto habemus. Sol, luna, sidera, elementa, & omnia hīc seculū animantium parent nō in vita & obaudient supremo mī Deo: nobilissimam rerum homo solidi in conditoreū suū calces jacat. & resistat? At qui hic ubiq; pasim, imprimis Levit. 19, 33; 4. rale praeceptum Iudeis dedit, Si habitaverit advena in terra vestra, & moratur fuerit inter vos, ne exprobabis ei: sed sit inter vos quasi indigena & diligenter eum sicut vosmet ipsos. Cur non dissimile est illud Exodi 22, vers. 21. Ezech. 47, 22.

Sed † nec ab hac sententia alieni sunt D. Parres: nec multi eruditorum. 2. Cassiodorus lib. 5. ep. 9. Pietate, inquit; plenum est peregrinam gentem publica officia obligare, & non tantum simpatiosas ad substantia lucra admittere: quantum ipso quog; advenas invitare. Taceamus ne cibis & saniorum praedicas. Audi Horatium lib. 2. od. 13. qui descripturus celestissimum; illum, in-

C. 3.

quit;

quit, parentis crediderim sui Fregisse cervicem & penetrallia Sparisse nocturno
cruore Hospitis, &c. Quid + plura? cum ipsa Natura id, quod volumus, in-
culet, arist. teste cap. i. lib. 8. eth. Sed omnium maxime alliciunt peregrini-
nos commoda & beneficia quibus haud raro Rempub: affecere. Vix enim per-
suaderi nobis patiemur inveniri posse quemquam historiarum adeo imperitum, ut
negare auctis alienigena unius atq; alterius consilio fide & auxilio vitam civi-
um fuisse prorogatam. Anne neget Ebedmelechi Ethyopis operâ vincit Jeremi-
am exutum? Ier. 38. Iosephi & aliorum scientes volentes obliviscimur. Est
& hoc in confesso primum augmentum rebus Romanis attulisse Sabinos, eas Nu-
mam legibus confirmasse, Appium & Tarquinium opibus suis auxisse. Venditum
servum à proditore preservasse, &c. Ut omnino veris veriora Cicero dixisse vi-
deatur, multum ad imperii augmentum profuisse quod civitas etiam hostilia
aperiauerit. Quod si majorum nostrorum tempora perpendiculariter, experimus
Richardum regem Angliae Londinum brevi ampliasse dum peregrinis decenni-
giun illic habitantibus jura civitatis attribueret. Casimirum Magnum Polo-
niam frequentiorem & cultiorem redidisse, cum Teutonas cum jure suo in duce-
ret. Haec & aliis utuntur argumentis peregrinorum factores. Ceterum + sunt
& à parte contraria stantibus pars secundum momenti & vigoris rationes. Si e-
nīm, inquiunt, peregrini propterea benefaciendum, quis a sepe nobis benefici-
unt: multo igitur magis civibus, quia hī tūm virtūtē, tūm opibus, tūm omni eo,
quicquid possident rem pub: sibi obligarunt. Addunt: Indignum esse ex pro-
miscua potissimum bovinum colluctare cives multos colligere, quam primas &
antiquissimas familias conservare. Indignum vero? in modo & illicitum. Ma-
gistratus enim boni est cum auxilia Rēpub: labefactari convellique videat,
serre opem patriæ, succurrere saluti fortunis & cītiū, suam salutem po-
steriorem salutē communī ducere, intercludere omnes dissensionum vias, ut
eleganter juxta & verē Cicero pro Rab: refert. Vides eo ipso peregrinos
urbe prohiberi? Non video, inquis. En pleniorē & planiorē legis Cice-
ronianae explicationem. Quid altissima ciuitatum mēnia ciuiis ab ipsis fun-
damentis concutit, quid monumēta antiquitatis & ornamenti pacis furentius
invadit quam sedilio? Hac nunquā concepta est sine pernicie matris, nun-
quam parta sine naufragio ciuitatis. O quam fugienda igitur. Casus lib. 5.
c. 1. sib: Ciuit. Verendum autem ne vel sola exterorum turba immanis
reipub: turbo fiat. Diuersarum enim nationum diuersa sunt ingenia: ut le-
pidis exemplis probat Richterus ax: pol. 383. Ut + igitur regionum mores
diuersissimi: sic & inde natī diuersum habent morum habitum & ratio-

803

stem; & proinde non possunt simul conuenire sine aliqua antipathia: que
tandem aliquando excitant in repub: motus & sedes & laisionem vel
subversionem consueti status. Elati, superbis bellis asperi, pacificis & man-
suetis cum inferunt, &c. Idem ax: 384. Nec facile malum hoc a verrun-
care poterunt indigenz quoquo tandem modo rem aggrediantur. Iure ci-
tatis n. donati exteri, no regi, non iuberi, sed suis asueti legibus omnia exlibi-
dine agere solent. Si autem antiquarum familiarum cives praeserri sibi
viderint, turbas illico concubant, ex eo quod contrarium videatur, si vi-
tatis ius communicare: & nihilominus eos a muneribus & honoribus ex-
cludere ut minus fidos. Rerum potius eò quo pat est amore cives non com-
pleteantur. Naturá enim ita comparatum est, ut majori benevolentia no-
stros quam extranos (pro quibus habentur cives ab advenis) prosequan-
tur. Præterquam quod nasci & educari iisdem legibus maximum inter
bonos amicitia vinculum est: semper tamen in nostris vel sanguinis, vel
concederationis, vel Amicitia, vel officiorum ratione obligatio inventur.
Huc addi quod sicut locustæ segetis sunt, ita sunt advenæ civitatis: nam ut
illæ vastant & consumunt granum segetis; ita hi fructum civitatis vorant.
Casus lib. 5. c. 3. spb: ci v. Et nondum malorum finis est: Nam illud quo
accedit quod si numero opibus & peregrini creverint, civib. idem metuendum
sit de his quod Viperæ & Eropicæ de Erinacio. Exempli ob oculos ponit
Aristoteles lib. 5. pol. c. 3. ut Trozeniorum cum quibus olim Achivi Sy-
barim augustissimam civitatem coluerunt, qui tandem in numerum immen-
sum aucti Trazenios Sybari ejecerunt, unde scelus Sybariticum natum est.
Vide autores citatos, dicti locis. At q. hæc causa peregrinorum obesse vix
sunt. Ut igitur tandem certi quid determinetur: si uademus ius civitatis
non temere; sed tum demum peregrinis concedendum esse, cura id ma-
nifesta reipub. utilitas, amplificatio, cultura & exornatio admittit. Kec-
kerin. syst. pol. pag. 377. Si scilicet magna ci vium penuria, si peregrini bo-
ni viri, si præter meritum miseri, si amicie nationis, præfertim si religio-
nis vere gratiam solam vertere jussi. Ea tamen lege ne senatus, judicii, im-
periū particeps siant: ne illorum numerus & vires ultra modum crescat.
Casus lib. 5. c. 3.

X.

An Iudei in rebus publicis bene constitutis sunt tolerandi?

Quos t gentis Judaice miseriarij miserebunt, Judæos salvâ conscientia
hæud posse expelli ducunt dicuntq. Persuasi primûm autoritate SS. literarū,
ut Piat.

at Psal. 59, v. 11. imprimis verò illorum locorum, qui Iudeorum ad Christum conversionem hand obscurè prædicunt, ut ad Rom. 11, v. 25, 26. Fortè autem hanc impedit nostra in eos inhumanitas & crudelitas. Nam Fides ex auditu, quomodo audiant nisi communis nobiscum ará focoq; fruantur? Præterea de authoritate & veritate librorum V. T. testes sunt locupletissimi, concedita enim illis τα λόγια τοῦ Ιησοῦ, unde non inscrita Christiana Ecclesiæ thesaurarij dicitur Aug. lib. de doct. Chrift. Illud etiam incredibili Christianorum detrimēto probatum est: referente Camer. cap. 89. cent. 1. op. sub., centum millia utriusq; sexus Iudeorum è regni Lusitanicū finibus excedere jussorum, tempore Emanuelis, sese catervatim cum suis familis & reb. quas exportare poterant, ad Turcas contulisse, & rūm varia artificia, tūm etiam perfectiore usum machinarum bellicarum, aliarumq; rerum, quibus anteā barbara ista gens desituta fuerat, attulisse. Accedunt & statuta laudatissimorum Principium, celeberrimorum regnorum, illustrium rerumpub. Boleslaus, Dux majoris Polonia Anno 1264. Iudeos veris subditis æquavit. In Italia quoq; & Hispania certe sedes Judæis conceduntur: nec non Praga, Francofurti ad Moenum, & aliis in locis. Atq; ha sunt rationes quibus patrini Iudeorum militante.

2. Quis diversam anima tententiam fovent, his de causis aquā & igne iis spectadicunt. Quia Judæi odio plus quam Vatiniano, plus quam diabolico Christianos prosequuntur. Sextcenta calumniarum & blasphemiarum plaustra fortido suo ore in virginem Γερόνυμον evomunt. Terram ter compununt (horresco referens) Chriftum nominantes: in privatī colloquiis addunt; deleant nomen ejus. Dominus Lutherus contra Iudeos libello. In more ipsis possum quotannis ee die, quo Salvator mortem crucis perpeſſus est, puerum Christianum in specu subterraneo occidere. Nihil aquæ usitatum iis est ac plagiū, Scelus suppliciorum gravissimo perdignum. Nec homicidium esse tradunt si Judæus gentilem occidat: neq; perjurium si promisum etiam juramento confirmatum non servet. De obstinatis & seditionis Iudeorum actionibus multa eq; egregia in unum veluti fæſtigium collegit Camer. part. 1. Oper. sub. c. 42. Quis demum sine lachrimis exponente inuista illa astutiarum genera quibus horrendum avaritiae barathrum explore satagunt? Non igitur a stulto adagium hoc originem traxit: Felix respub. in qua non est Abraham, Nimrod.

3. Namnam. Tantum de negantium argumentis. Nos tūt nec nimis torqueri, ita nec simpliciter admitti, eos debere pronunciāt; sed tenenda sunt leges cùm generales tūm speciales. Generalis est, ut secundum statuta seu jus istius loci pacifice, tranquillè & fine scandalū Christianorum vivant. Specialis vel Ecclesiastica est vel politica. Ecclesiasticæ sunt, ne novas synagogas sine permisso magistratus extruant, ne Chriftum maledictis poſcindant, ne Christianorum religionem contemnant ne homines nostros ad suam religionem traducant, ne Iudeū ad Christianismum transire volentem prohibeant, ut impis dogmatib. de mortalitate animalium &c. ac traditionib. renuntient. Politicæ sunt: ne cum Christianis matrimonium contrahant, ne immoderatas usuras aliosq; illicitos contractus exerceant, ut causæ eorum coram magistratu loci disceptentur, ut signo certo à Christianis dignoscantur. Hisce ita obſervatis absq; omni periculorum metu tolerari poterunt.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres
Inches

Farbkarte #13

